



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Nicolai Lancicii E Societate Iesv Opvscvlorvm Spiritvalivm
Tomvs ...**

Łęczycki, Mikołaj

Antverpiae, 1650

Aliæ quoque viæ conducentes ad peccata mortalia declinandæ sunt otium
& frequentia peccatorum venialium deliberatè commissorum. Cap. XII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78809](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-78809)

Baron. An
249.
in Aug.
de Vitis
Imperat.
Plutarch.
in Numa.

cerent, lege edita ex albo bonarum artium expunxit,
& sanxit, Ne Poeta vlla immunitatis prerogativa
inueniretur. Eodem consilio Augustus Cesar Ro-
manæ Reipublicæ metuens, teste Suetonio,
sanxerat, ne libri obscæni permitterentur. Et li-
bros Ouidij de amore, quia purgari non pote-
rant, (tot enim erant scædi) proscripsit, & Oui-
dium ipsum, etiam ob hanc causam præter
alias, in exilium ablegavit, nec vllis precibus ad-
duci potuit, vt ab exilio redeundi potestatem ei
faceret, vt scribit Aurelius Victor: quod flebili-
ter deplorat ipse Ouidius l. 2. Trist. Sed his om-
nibus antiquior, qui primus Romanorum sa-
cerum ordinem statuit, Numa Pompilius, sta-
tuerat, ne tales libri permitterentur. Omitto
alios ne longior sim. Ipse, impurissimus licet
Ouidius, hanc obscænitatem tandem agno-
scens vetat:
Eloquar inuitus teneros ne tange Poetas,
Submoueo dotes, impius ipse, meas.
Callimachum fugito, non est inimicus a-
mori,
Et cum Callimacho, tu quoque Coë noces,
Carmina quis potuit tuto legisse Tibullus
Et l. 4. de Ponto eleg. 3.
Multa quidem scripsi, sed quæ vitiosa pu-
taui,
Emendaturis ignibus ipse dedi. Curt
Quia vt idem scribit l. 2. de arte amandi,
Lasciuiaque pagina multos
Efficit incestos, in Veneremque trahit.
Sergo & Sancti & Ethnici damnant talium
librorum lectionem, cuius Christiano vitanda
est, multò autem magis ei, quem Deus vocat
ad perfectiorem viuendi rationem, in statu Re-
ligioso capessendam.

CAPVT DVODECIMVM.

*Alia quoque via conducentes ad peccata
mortalia declinanda sunt, otium & fre-
quentia peccatorum venialium delibe-
ratè commissorum.*

165.

Quartæ via declinanda, ad statum Religio-
sum aspiranti, est, Otium, quia est causa
grauissimorum scelerum. Cùm S. Chrystos-
mus inquireret originem impuri amoris, & di-
xisset eum non semper à formæ elegantis aspe-
ctu oriri, ait hunc morbum ortum habere à
consuetudine, à verborum blanditijs, à cessa-
tione & otio, quodque nihil habeamus quod
agamus. Quemadmodum enim terra cùm nec
feritur nec plantatur herbam duntaxat profert,
eodem quoque modo anima cùm necessariarum
rerum nihil habet quod agat, atque animo
aliquid agere cupiat, prauis rebus se tradit. Et
ira S. Bernardus appellat otium, mortem animæ,
& viui hominis sepulturam, & sentinam omnium

malorum. Et alibi, otium vocat: omnium tentatio-
num & cogitationum malarum & inuulium senti-
entiam & summam mentis malitiam. Sic etiam S.
Franciscus appellabat otium, sentinam omnium
malorum cogitationum. Et noster S. P. Ignatius, ma-
lorum omnium originem. Et Spiritus S. Multam ma-
litiarum docuit origines. Quin ipse Deus, scelerum,
ob quæ Sodomitæ viui igne cælesti combusti
sunt cum quinque ciuitatibus, ait causam fuisse
etiam otium. Hæc fuit iniquitas Sodome sororis tuæ
superbia, saturitas panis, & abundantia, & otium ip-
sius & silarum eius. Quin & Ethnici hoc agno-
uerunt: hinc ille Poeta: Otia si tollas periere cupidi-
nis arcus. Geradas Spartanus à quodam hospite
rogatus, quâ penâ multarentur adulteri, cùm
nihil vidisset, super hac re sancitum à Lycurgo:
Nullus, inquit, hospes apud nos est adulter. Cùm
iterum hospes subiecisset: Quid si existat? Dabit,
inquit, Geradas bouem, vt porrecto collo, vltra Tayge-
tum montem bibat ex Eurota. Hospes autem ridens
cùm dixisset: At fieri non potest, vt tantus bos
reperiat. Et quo pacto, inquit Geradas, Sparta
esset adulter, in qua otium, diuitia, & delicia & corpo-
ris cultus probro habentur? Verè enim respondit
Theophrastes interrogatus, quid esset amor:
Anima otiosa esse affectum. Quocirca Draco Athe-
niensium Legislator statuit, vt qui conuicti fue-
rint otij, capite multarentur. Quapropter qui
declinare vult à malo, vt debet is, qui ad sta-
tum perfectionis in religione vocatur à Deo,
debet semper esse in re bona aliqua occupa-
tus, ne det locum otio ad mala conducente.

Quinta via ducens ad malum, & declinanda
ab eo qui vult declinare à malo, est frequentia
peccatorum venialium, plenâ deliberatione
commissorum, duas ob causas: Primò, quia talia
peccata disponunt ad mortalia. Secundò, quia li-
cet non sint tam graua vt peccata mortalia,
(quia per se non tollunt amicitiam Dei) tamen
sunt in suo genere grauissima, & peiora morte,
ac ipso inferno, vt paulò post videbimus.

Quod peccata venialia frequentia liberè &
deliberatè commissa, perducant ad mortalia,
patet experientia, & docent Sancti. Nullus eni-
repente fit malus. Qui peccata minima flere ac de-
uitare negligit, à statu iustitie, non quidem repente, sed
partibus totus cadit: vt ait S. Gregorius Papa. Con-
sideremus, inquit S. Chrystosomus: Si nimirum
quidam ac impromptu risit, reprehensus est à quopiam,
respondet alius, nihil esse id mali. Quid enim est risus
aut quid vnquam mali ex risu sequetur? otia tamen
est ex immoderato paulisper risu scurrilitas: à scurrili-
tate turpiloquium: à turpiloquio operatio turpis profu-
sa est. Dauid antequam peccasset cum Bersa-
bea, prius curiositate oculorum, initio veniali,
peccauit, sed inde ad adulterium, postea ad ho-
micidium delapsus est, duce, veniali curiosita-
te. In vna siquidem malignitatis catena, inquit B.
Laurentius Iustinianus, considerata sunt vitia in
animarum ruinam, ab immundis Spiritibus fabricata licet. c. 4.
a quo

in octo
puncti de
de vita so-
litar.
c. 5. vit.
3. p. 688.
c. 1. 5. 6.
Ecclesi. 33.
29. Ezech.
16. 49.
166.
167.
3. p. pass.
cap. 14.
hom. 87.
in March.
de vita so-
licat. c. 4.
a quo

3. ad. de temp. 1. sent. cap. 19. 2. q. 105. 2. ad. 2. 1. q. 88. 2. ad. 1. & 3. & 6. ad. 1. & q. 71. a. 1. hom. 8 in Numer.

168. Numer. 20. 15. Ex. 33. 11. Num. 12. 7. & seqq.

Exo. 32. 11. 11. 13. Aug. 9. 13. 10. Nu. & L. 6. c. 1. 6. Faul. cap. 1. 6. Abul. q. 5. tur. ex. 3. Reg. 15. 5.) punitur pestilentia in eius subditos immissa, qua extincta sunt septuaginta milia virorum; & quidem vnicō dimidio die, Cornecl. v. ait S. Ambrosius: Ezechiam Regem ob venialem vanitatem, quam commisit in ostendis thesauris suis, legatis Regis Babyloniorum, statim Deus indignatus, misit ad eum Isaiam Prophetam, qui Dei nomine hanc poenam potest. ma. stea subsecutam ei praedixit: Audi sermonem Domini: Ecce dies venient, & auferentur omnia quae sunt in domo tua. & quae considerant Patres tui vsque in die hanc in Babylonem: non remanebit quicquam, ait Dominus: Sed & de filiis tuis qui egredientur ex te, quos generabis, tollentur, & erunt Eunuchi in palatio Regis Babylonis. Et ita profus evenit. Nam postea Nabuchodonosor Rex Babylonis, expugnauit Hierosolimam, accepit omnes thesauros domus Domini, (id

atque contexta. Ita vnum veniale peccatum, disponit ad aliud veniale, & tandem deuenit ad mortale: quia vt ait S. Augustinus, Dum homines negligentes despicunt peccata sua, quia parua sunt, crescentibus minutis peccatis, adduntur & crimina, & cumulat faciant & demergunt. Deo id in poenam peccatorum venialium neglectorum permitte. Iudicio diuino, inquit S. Isidorus Hispalensis, in reatum nequius labuntur, qui distingere sua facta minora contemnunt. Et ita in pluribus locis docet S. Thomas cum aliis Theologis, peccata venialia disponere ad mortalia. Et vt fit ex puero via, ita ait, ex veniali deueniri ad mortale. Et, sicut morbus disponit ad mortem sic peccatum veniale disponit hominem ad mortale. Animus, inquit Origines, quoties peccat, toties vulneratur. O si possimus per vnumquodque peccatum videre, quomodo homo noster interior asidue vulneretur, vt vulneratur per linguam anima, vulneratur & per cogitationes, & per concupiscentias malas. Quae si omnia videre possimus, & vulnerata anima curarimus, certum est, quod vsque ad mortem resisteremus aduersum peccatum.

Sed quamuis peccatum veniale non disponeret ad peccatum mortale, tamen esset vitandū nostro toto conatu, tanquam res scdissima, & grauisima. Grauitas eius hinc cognoscitur. Quia Deus grauitissime punituit magnos suos amicos, ob vnum peccatum veniale. Nam Moyse & Aaronem exclusit a terra promissionis ne illam intrarent, & tamen Moyse tam carus erat Deo vt ei Dominus loqueretur facie ad faciem, sicut homo solet loqui ad amicum suum. Et palam & non per aegrimata, vti Propheta, nec per figuras Dominum videbat. Et tantam gratiam habuit apud Deum, vt eum iratum populo suo, tum alijs, tum ob adoratum vitulum, & ob attributam vitulo aureo liberationem populi ex captiuitate Aegyptiaca, statim placauerit breuissimis precibus suis, quae tribus tantum periodis constant. Illud autem peccatum eius fuisse veniale dicunt omnes interpretes. Dauidem quoque licet a Spiritu S. appellatum, virum secundum cor Dei, ob elationem animi venialem (vt colligitur ex 3. Reg. 15. 5.) punitur pestilentia in eius subditos immissa, qua extincta sunt septuaginta milia virorum; & quidem vnicō dimidio die, vt ait S. Ambrosius: Ezechiam Regem ob venialem vanitatem, quam commisit in ostendis thesauris suis, legatis Regis Babyloniorum, statim Deus indignatus, misit ad eum Isaiam Prophetam, qui Dei nomine hanc poenam potest. ma. stea subsecutam ei praedixit: Audi sermonem Domini: Ecce dies venient, & auferentur omnia quae sunt in domo tua. & quae considerant Patres tui vsque in die hanc in Babylonem: non remanebit quicquam, ait Dominus: Sed & de filiis tuis qui egredientur ex te, quos generabis, tollentur, & erunt Eunuchi in palatio Regis Babylonis. Et ita profus evenit. Nam postea Nabuchodonosor Rex Babylonis, expugnauit Hierosolimam, accepit omnes thesauros domus Domini, (id

est templi Hierosolymitani a Salomone aedificati) & thesauros domus regia, & concidit vniuersa vasa aurea quae fecerat Salomon Rex Israel in templo Domini, & transfudit omnem Hierosolimam & vniuersos Principes & omnes fortis exercitus in captiuitatem, & omnem artificem, nihil, relictum est, exceptis pauperibus populi terra. Transfudit quoque Iochim Regem Iuda in Babylonem, & matrem Regis, & Eunuchos eius, & Iudices terra duxit in captiuitate de Ierosolimam in Babylonem. Et tamen erat Rex tam Sanctus, vt aultus fuerit dicere (quod forte nemo eorum qui vocantur nunc ad Religionem, vel valde rari auderent) Deo: Obsecro Domine, memento quae quomodo ambulauerim coram te in veritate, & in corde perfecto, & quod placitum est coram te fecerim. Nec fallum locutus est. Nam Deus, sic eum per scripturam commendat: Fecit quod erat bonum coram Domino, iuxta omnia quae fecerat Dauid Pater eius &c. Post eum non fuit similia ei, de cunctis Regibus Iuda, sed neque in his qui ante eum fuerunt: Et adhuc Domino, & non recessit a vestigijs eius, fecitque mandata eius, quae praeceperat Dominus Moysi, (proinde nunquam peccauit mortaliter, quia per peccata mortalia violantur Dei mandata) vnde & Dominus erat cum eo, & in cunctis ad quae procedebat, sapienter se agebat. Praeterea tam carus fuit Deo vt ob breuissimas preces eius, Deus mutauerit suum Decretum, ei per Isaiam Prophetam annunciatum, de eo tunc morituro. Nam non est mortuus, vti Deus praedixerat, immo addidit ei Deus 15. annos vitae, & in signum huius rei, fecit vt sol retro cesserit in sua substantia non in solis radijs, vel vmbra in horologio) retro ad decem gradus, vt dicunt Sancti Patres, & expressit ipse Isaias Propheeta c. 38. 8. Et alia vice, breui oratione impetrauit a Deo, vt Angelus vna nocte in castris hostium Assyriorum, occiderit centum octoginta quinque milia.

Si ergo peccatum veniale, vt ait Sallianus, vnum ex maioribus bonorum peccatis, commissum a viro tam sancto, tam Deo caro, tam ab ipso Deo laudato, toti Regno & eius posteris nocuit, & adeo Deo displicuit, quid facient tua peccata, plura, & maiora frequenter deliberata a te commissa, etsi venialia declinandum est ergo ab illis.

Omitto alia mira exempla similia, breuitatis causa: sed quoddam omittere non possum, quod est admirabile, & refertur a Cassiano. Refert Abbas Serenus apud Cassianum, Abbatem Moysen, etsi esset singularis & incomparabilis vir, ob reprehensionem vnius sermonis, quem contra Abbatem Macarium, disputans paulo durius protulit, quaedam scilicet opinione praeventus, tam diro confessum est traditus daemōni, vt humanas egestiones oris suo ab eo suppletus ingereret. Et capi. 25. ait: corporaliter traditus Satanae, vel infirmitatibus magnis, etiam viros sanctos nouimus pro leuissimis quibusque delictis, cum in illis ne tenuissimum quidam nauum aus maculam

uerf. coe. lesti c. 3. numer. 7. 6. 1. Reg. 13. 14. Act. 13. 22. c. 2. Reg. 24. 15. d. in Pfal. 74. c. 4. Reg. 20. 13. 17. 4. Reg. 24. 10. & seqq. 4. Reg. 20. 3. Iai. c. 38. 2. 4. Reg. 18. 34. 4. Reg. 20. Iai. 30. f. Dion. Arcop. ep. ad Poly. carp. Crif. hom. 30. in Matth. Naz. or. 19. Hier. in c. 7. & 38. 1. ciuit. cap. 8. 4. Reg. 19. 14. 20. 35. An. Mua. di 332 4. num. 32. 169. Coll. 7. cap. 27.

in illo iudicij die patitur inueniri diuina clementia. Sic quaedam monialis ob venialem gulam, quâ mota lactucam in horto diuidè momordit, eam signo crucis benedicere oblita, correpta à diabolo proteruis celib. 1. dial. c. 12. & tandem ab Equitio Abbate liberata est, cap. 4. vt scribit S. Gregorius Papa.

170. *Secunda.* Grauitas peccatorum venialium cognoſcitur ex notitia quam de eo acceperunt à Deo animæ sanctæ valdè cara Deo.

Imprimis Sancti constanter & omnes Theologi docent, non licere vllum etiam minimum veniale peccatum committere, verbi causa, dicere vnum verbum otiosum, ioco mentiri, etſi eo dicto scires totum mundum conuersum iri, & omnes hæreticos ac infideles. Hinc dixit S. Dorotheus: Longè melius est & corpus tuum & omnia corporea perire simul, quam ledi animam in re etiam minima. S. Iustinus scribit Christianos sui temporis, malle mori quam vel semel mentiri. Itaque iudicantur peccatum veniale esse peius morte, imò alij peius esse ipſo inferno. S. Edmūdus Archiepiscopus Cantuariensis dicebat: Malo insitire in rogam ardentem, quam peccatum vllum sciens admittere in Deum meum. Et S. Anselmus: Si hinc peccati pudorem, & illinc cererem inferni horrorem, & necessario vni illorum deberem immergi, prius me in infernum mergerem, quam peccatum in me immitterem. Mallem purus à peccato & innocens, gehennam intrare, quam peccati sordè pollutus, calorum regna tenere. Non mirum ergo est, nostrum fratrem coadiutorem Alphonſum Rodriquez, ita abhorruisse à quouis peccato veniali, vt cum ei sua deflent peccata Christus D. apparuiſſet cum S. Francisco & nonnullis aliis Sanctis, & S. Franciscus eum interrogasset, cur fletet, respondisse: Quomodo non fleam, perfectam habens grauitatem peccatorum meorum? Quandoquidem vnum veniale peccatum contra Deum commissum, meretur vt tota vitâ defleatur. Quo dicto, visio illa disparuit & in eo noua quadam lux remansit, que tota vitâ durauit, cum odio omnis peccati: vt cum eius periculum se offerret, cum maximo seruore à Deo peteret, vt potius penas inferni pateretur, quam in vnam culpam venialem prolaberetur. Talia sunt Sanctorum iudicia, de quouis veniali peccato. Idem sentierunt magnæ Sanctæ.

Apol. 2.

171. l. de similit. cap. 190.

172.

V. libr. 1. cap. 3.

173.

cap. 10.

cap. 24.

B. Catharina Genuensis, vt scribitur in eius vita, quam vertit latinè Matthias Tanner Carthusianus: Non valens vllò pacto Dei offensam videre, dixit Domino: Non detrecto quin omnia demonia cum vniuersis illorum terroribus & suppliciis mihi morienti commonstrar: nihili enim illa facio, cum intuitu offensa tui licet minima composita: que tamen non potest esse minima, eo quod tua celsissima Maestas offendatur. Valdè etiam hoc dicto B. Catharina Genuensis ostendit grauitatem & scditatem peccati, etiam minimi, quia aspectus demoniorum est tam horrendus, vt supra nu. 114. ostensum est. Et alibi: Quando mihi concessum fuit intelligere, quam pauſcenda sit vmbra minimi actus, qui

sit contra Deum, nescio cur, è vitis non exceſſerim. Tunc dixi: Non miror amplius, infernum esse tam horrendum, siquidem conditus est propter peccatum: tamen repetens animo, quod mihi offensum est, non arbitror eum horrore peccati parem. Imo videtur mihi, quod Deus multo maiorem, ipſi horrorem indiderit: adeo mihi terribilis apparet, vel vmbra saltem peccati venialis. Et quid in huius comparatione erit peccatum mortale? deinde tot cumulata: planè mihi persuadere quod illa (scilicet venialia) conspiciens anima, quamuis esset immortalis, præ nimio dolore fieret mortalis. Nam sola obscura (notet hoc lector, & benè ponderet) sola inquam obscura visio, hac de re mihi oblata, que non nisi momentanea fuit, si paulò diutius durasset, licet corpus habuisssem prorsus adamantinum, interissem: Deum quicquid modis omnibus in medium adduco, respectu eius quod mens mea agnouit, mendacrum mihi videtur. Dum hæc imperfecta visio me penè examinasset, omnia in corpore meo sanguis fuit congelatus, tantamque debilitatem incurri, vt putarim mihi ex hac vita migrandam. Sed bonitas Dei me superstitem voluit, ad eam enarrandam. Et alio in loco: Cognitissimum mihi est, quod quando amor purus vel exquisitissima imperfectio deprehendit, si Deus non auerteret, in puluerem redigeretur, non corpus modo, sed & anima, nisi esset immortalis. Hoc fuit iudicium de peccato veniali etiam S. Teresie, que in vita sua à se scripta sic ait: Faxit Deus, vt timeremus id quod debemus timere, & intelligeremus, maius malum posse aduenire ab vno peccato veniali, quam à toto simul inferno, cum hac ipsissima sit veritas. Meritò ergo S. Hieronymus vel S. Paulinus scriptum reliquit. Nescio an possimus leue aliquod peccatum dicere, quod in Dei contemptum admittitur, est que ille prudentissimus, qui non tam considerat, quod iustum est, quantum quis inſerit: nec quantitatem imperij, sed imperantis cogitat dignitatem. Meritò etiam dicebat B. Catharina Genuensis: Apud Deum, nullum peccatum posse dici minimum, & ne quidem magnum, sed maximum, cum sit contra summam ipsius bonitatem. Quinimò S. P. N. Ignatius etiam in peccato veniali agnoscebat quandam infinitatem offensa erga Deum. Cum enim esset interrogatus à P. Brandano Lusitano, de modo venialia peccata confitendi, respondit: Debere hominem etiam de minimis peccatis, quamuis paco conscientia gaudentem, confundi in presentia diuina, considerando, quod obiectum contra quod sunt peccata venialia, est infinitum quod illa aggravat in infinitum.

Quocirca S. Chryostomus dicit: Si Christum verè amarem, vti amare oportet, indicarem vrique amati offensionem gehennæ esse grauiorem. Quodlibet autem peccatum veniale, est Dei offensa, quid verò multa venialia de industria commissa? Cum ergo Sanctorum iudicio venialia peccata sint morte peiora & inferno, ac à Deo in magnis Sanctis grauissimè punita, qui vult declinare à malo, declinet etiam à quouis veniali peccato, adèd malo, præsertim à multis venialibus plecâ deliberatione commissis.

CAP.